uobis: quia unus ueſtrum me tradi
turus eſt. Et contriſtati ualde: cepe
runt ſinguli dicere. Numquid ego ſum
domine. At ipſe reſpondens ait. Qui intingit
manum mecum in paropſide: hic me
tradet. Filius quidem hominis uadit:
ſicut ſcriptum eſt de eo. Ve autem homi
ni illi per quem filius hominis tradetur.
Bonum erat illi: ſi natus non fuiſſet
homo ille. Reſpondens autem iudas qui
tradidit eum: dixit. Numquid ego ſum
rabbi. Ait illi. Tu dixiſti. Cenantibus
autem illis: accepit ihesus panem: et
benedixit ac fregit: deditque diſcipulis
ſuis: et ait. Accipite: et comedite.
Hoc eſt corpus meum. Et accipiens
calicem gratias egit: et dedit illis dicens.
Bibite ex hoc omnes. Hic eſt enim ſan
guis meus noui teſtamenti: qui pro
multis effundetur in remiſſionem
peccatorum. Dico autem uobis: non bibam
amodo de hoc genimine uitis: uſque
in diem illum: cum illud uobiſcum bi
bam nouum in regno patris mei. Et
ymno dicto: exierunt in montem
oliueti. Tunc dicit illis ihesus. Omnes
uos ſcandalum patiemini in me: in
iſta nocte. Scriptum eſt enim. Percutiam
paſtorem: et diſpergentur oues gregis.
Poſtquam autem ſurrexero: precedam uos
in galileam. Reſpondens autem petrus:
ait illi. Et ſi omnes ſcandalizati fue
rint in te: ego numquam ſcandalizabor.
Ait illi ihesus. Amen dico tibi: quia
in hac nocte antequam gallus cantet:
ter me negabis. Ait illi petrus. Et
ſi oportuerit me mori tecum: non te ne
gabo. Similiter et omnes diſcipuli dixerunt.
Tunc uenit ihesus cum illis in uillam
que dicitur gethſemani: et dixit
diſcipulis ſuis. Sedete hic: donec ua
dam illuc et orem. Et aſſumpto petro
et duobus filiis zebedei: cepit contriſtari
et meſtus eſſe. Tunc ait illis. Triſtis
eſt anima mea uſque ad mortem. Suſtine
te hic: et uigilate mecum. Et progreſ
ſus puſillum: procidit in faciem ſuam
orans: et dicens. Mi pater: ſi poſ
ſibile eſt tranſeat a me calix iſte. Ve
rumptamen non ſicut ego uolo: ſed ſicut
tu. Et uenit ad diſcipulos: et inuenit
eos dormientes. Et dicit petro ſic.
Non potuiſtis una hora uigilare
mecum. Vigilate et orate: ut non in
tretis in temptationem. Spiritus quidem
promptus eſt: caro autem infirma. I
terum ſecundo abiit: et orauit dicens.
Pater mi. ſi non poteſt tranſire hic ca
lix niſi bibam illum: fiat uoluntas
tua. Et uenit iterum: et inuenit eos
dormientes. Erant enim oculi eorum
grauati. Et relictis illis iterum abiit:
et orauit tercio eundem ſermonem di
cens. Tunc uenit ad diſcipulos ſuos:
et dicit illis. Dormite iam: et requi
eſcite. Ecce appropinquabit hora:
et filius hominis tradetur in manus
peccatorum. Surgite: eamus. Ecce appropin
quabit: qui me tradet. Adhuc eo
loquente: ecce iudas unus de duo
decim uenit. et cum eo multa turba
cum gladiis et fuſtibus: miſſi a princi
pibus ſacerdotum et ſenioribus populi.
Qui autem tradidit eum: dedit eis
ſignum dicens. Quemcumque oſculatus
fuero ipſe eſt: tenete eum. Et confeſtim
accedens ad ihesum: dixit. Aue rabbi.
Et oſculatus eſt eum. Dixitque ei ihesus
Amice: ad quod uenisti. Tunc acceſſerunt
et manus iniecerunt in ihesum: et tenu
erunt eum. Et ecce unus ex hiis qui
erant cum ihesu. extendens manum ex
emit gladium ſuum: et percutiens ſer
uum principis ſacerdotum: amputa